



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacrum Misericordiae Palatium

Variis Sacrae-Scripturae Locis, Atque Septem misericordiae operibus quasi
peristromatibus exornatum

Gzaeus, Nicolaus

Augustae Trevirorum, 1618

Misericordia est scala caeli.c. 9.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54477)

MISERICORDIA EST
SCALA COELI.

CAPVT. IX.

Sed nunquid datâ viâ, appositè fecero si vobis scalam præbuero? Scala, Misericordia est septem constans, gradibus, septem Charitatis ornata operibus. Hanc figuratam olim arbitror, ex eo quod antequam sacerdos ad Sancta Sanctorum perueniret, aliquot necesse erat vt gradus ascenderet, similiter priusquam ad Regium Salomonis thronum quisquam peruenire valeret, necesse erat vt per subiectos gradus scanderet. Ezechiel quoque in visione monstratam scalam gradibus septem constare, rerulit, nec abs re sunt hæc omnia; siquidem Misericordiam figurabant, per quã ad Sanctuarium, ad diuinitatis solium, ad Beatitudinis gloriam, scanditur. Per hanc necesse est gradiatur, qui supernæ ciuitatis gaudiis potiri gestit, & in eis delectari desiderat. Ideò etiam Christus ex monte Oliuarum in coelum ascendit, vt ostenderet Misericordiam per Oliuas figuratam verã

D coeli

3. Reg. 10.

2. Paral. 9.

Ezech. 40.

Act. 1.

cœli esse scalam. Hanc igitur vobis Misericordix proponens scalam, plerosque Sanctos pioſq; Patres sum imitatus, inter quos D. Benedictus nō minimus est, qui confratribus humilitatis porrigens scalam, eam septem gradibus decoravit. Melliflu^o Doctor duas Fratribus præbuit scalam, quarum vna septē peccatis ornata mortalibus, ducebat ad interitum; alia septem decorata Misericordix operibus, ducebat ad vitam. Timidus atq; pusillanimis fortē Christianus, distantiam pro excusatione, graduū obiciet, quia septem solummodo gradib^o, infinita dixerim superari spatia: Verum est;

Matth. 7. difficilis est via quæ ducit ad vitam, & pauci apprehendunt illam. Non tamen adeo impossibile est, si quidem huic scalæ addidit sustentacula Deus, quibus scandens fulciatur, & innitatur, sicut Salomon folio suo eburneo, sustentacula adiunxerat, nè ascendens collaberetur. Quæ quidem sustentacula sunt, Fides, & Spes. Deinde ad sunt Angeli parati in obsequium, nè hi qui ascendunt deficiant. Futurorum etiam bonorum & præmiorum grata recordatio animam addit. Denique huic scalæ (quemadmodū & illi quam vidit Iacob) innititur Christus, ut gratiæ suæ donis fulciat debiles,

Matth. 7.

3. Reg. 10.

les, sustentet infirmos, claudos atque cœcos cōfirmet & solidet, dummodo animosè ad ascensum anhelemus. Ad quem ascensum varijs modis nos vocat Christus, nunc per mortis venturæ recordationem, iam per pœnarum infernalium terrorem, modò per Prædicatorum suasionem, statim per beneficiorū ab eo nobis datorum improperationem, nunc per diuini fauoris impertitionem, modò per diuinam inspirationem, iam per morborum afflictionem, nunc per gaudiorum promissionem, mox per æternorum gaudiorum largitionem, quibus fruuntur, qui inoffenso calle, opera Misericordiæ perseueranter exeruerunt.



MISERICORDIA.
EMPYREI EST IANVA
COELI.

CAPVT X.

NVnquid gratū erit si vos ad Empyreī cœli ianuā perduxero? Hæc autē Misericordia est, Quod vt apertius intelligatis

D 2 memi-